PATRES QUARTI ECCLESIÆ SÆCULI.

S. AMBROSIUS.

INDEX GENERALIS.

S.-CLODOALDI. — E TYPOGRAPHIO BELIN-MANDAR.

S. PATRIS NOSTRI
AMBROSII,

MEDIOLANENSIS EPISCOPI,

OMNIA QUÆ EXTANT OPERA,

JUXTA BENEDICTINORUM VERSIONEM AD MELIOREM ORDINEM REVOCATA.

EDITIO NOVA,

ACCURANTIBUS

D. A. B. CAILLAU,

CANONICO HONORARIO CENOMANENSI ET CADURCENSI,

NONNULLISQUE CLERI GALLICANI PRESBYTERIS.

INDEX GENERALIS.

PARISIIS,
APUD PAUL MELLIER, BIBLIOPOLAM,
PLACE SAINT-ANDRÉ DES ARTS, 11.
1844.

MONITUM LECTORI.

Comperta apud omnes est, nec encomio indiget, indicis generalis utilitas. Nemo enim nescit quanti fastidii sit et laboris, sine ejus auxilio, inquirere in magna et numerosa voluminum mole, ea quæ scire cupimus. In tanta rerum copia et varietate distrahitur lectoris attentio, lassatur animus ac tædio sæpe afficitur, et præ operis difficultate, frequentius evenit ut inquirere desinamus quæ nostrum intererat cognoscere. His ergo incommodis occurrere volentes, maxima cura doctissimi Maurinenses studuerunt suis in sanctorum Patrum editionibus indices texere virorum, sententiarum et rerum omnium memorabilium quæ in decursu voluminum reperiuntur et tractantur. Hos indices generales et alphabeticos, qui sunt quasi synopsis et breviarium omnium SS. Doctorum operum, multis adjunctis in nostra editione nova, et quibusdam ad majorem elucidationem mutatis et auctis, nostros fecimus ad opera sancti Augustini episcopi Hipponensis, sancti Ambrosii Mediolanensis episcopi, sancti Joannis Chrysostomi archiepiscopi Constantinopolitani, sancti Gregorii Nazianzeni Theologi, quorum indicum ope, uno veluti intuitu, summatim lectori subjiciuntur res omnes notatu digniores prout in voluminibus occurrunt. Boni igitur consule quidquid est laboris, lector benevole; fruere et vale.

NOTA. Prior numerus litteris Romanis expressus, tomum designat; secundus notis Arabicis, paginam indicat; tertius tandem post litteram *n*, numerum tractatus vel capitis.

A

monstrat in specie mulieris bonæ, VIII, 423, *n.* 10 *et seq.* Quæ animæ sint sicut uxor amabilis et odibilis, *ibid.* 430, *n.* 2. Omnis anima fidelis Bethlehem est, sicut Hierusalem dicitur, quæ pacem et tranquillitatem habet superioris Hierusalem, quæ in cœlo est, IX, 192, *n.* 13.

Anima hominis quid sit? I, 479, *n.* 92. Anima totius carnis, sanguis est, *ibid.* Animam carnis proprie sanguinem appellavit Moyses; in carne enim delectatio et passio est, non mens, non ratiocinatio, *ibid.* Tamen cum animam sanguinem dixerit, utique significavit aliud esse animam, aliud esse sanguinem, ut sit animæ substantia spiritus vitalis, *ibid.* Non sanguis anima, quia carnis est sanguis; neque harmonia anima, quia et hujusmodi harmonia carnis est; neque aër anima, quia aliud est flatilis spiritus, aliud anima; neque ignis est anima, neque ἐντελέχεια anima; sed anima est vivens, quia factus est Adam in animam viventem, eo quod insensibile atque exanime corpus anima vivificet et gubernet, II, 6, *n.* 4. Aristoteles animam dixit esse ἐντελεχείαν, I, 479, *n.* 92. Critias et discipuli ejus sanguinem esse dixerunt, *ibid.* Multi philosophi ignem esse voluerunt, *ibid.* Fabulas philosophorum esse animas hominum pariter ac bestiarum esse communes, II, 83, *n.* 45. Secundum physiologicos appellatur terra, I, 570, *n.* 26.

Anima non de luto, non de terra, opus est magnificum Dei generatione inspiratum, IV, 200, *n.* 10. Non mori animam cum corpore manifestum est, quia non est de corpore, II, 78, *n.* 38. Anima incorporea, immaterialis et admirabilis est, IV, 203, *n.* 15 *et seq.* Inseritur dogma de incorruptione animæ, quod ipsa vera et beata vita sit, quam unusquisque bene conscius vivit multo purius ac beatius, cum hujus carnis anima nostra deposuerit involucrum, et quodam carcere isto fuerit absoluta corporeo; in illum superiorem locum revolans, unde nostris infusa visceribus compassione corporis hujus ingemuit, donec commissi gubernaculi munus impleret; ut carnis hujus irrationabiles motus rationabili ductu regeret et coërceret, I, 410, *n.* 36 *et seq.* II, 79, 79, *n.* 38, 39. Anima vita est, *ibid.* 81, *n.* 42.

Anima melior hominis portio, I, 246, *n.* 39. Quæ est pulchra in mulieribus, nisi anima quæ in utroque sexu præstantiam possidet pulchritudinis? *ibid.* Et merito decora est anima quæ non terrena sed cœlestia, non corruptibilia sed incorrupta desiderat, in quibus decus perire non soleat, *ibid.* Quid est caro sine animæ gubernaculo, mentis vigore? *ibid.* Caro temporalis, anima diuturna est, *ibid.* 247. Caro amictus est animæ, quæ se induit quodam corporis vestimento, *ibid.* Illa anima a Deo pingitur, quæ habet in se virtutum gratiam renitentem splendoremque pietatis, *ibid.* 250, *n.* 42. Illa anima bene picta est, in qua elucet divinæ operationis effigies, *ibid.* Illa anima bene picta est, in qua est splendor gloriæ, et paternæ imago substantiæ, *ibid.*

Anima nostra ad imaginem Dei est. In hac totus est homo, quia sine hac nihil est, sed est terra, et in terram resolverit, I, 250, *n.* 43. Quam dabit homo commutationem pro anima sua, in qua non exigua sui portio, sed totius humanæ universitatis substantia est, *ibid.* Non caro potest esse ad imaginem Dei, sed anima nostra quæ libera est, et diffusis cogitationibus atque consiliis huc atque illuc vagatur, quæ considerando spectat omnia, *ibid.* 252, *n.* 45. Multo aptius anima, vel homo latine, vel græce ἄνθρωπος dicitur; alterum ab humanitate, alterum ab intuendi habens vivacitate, quæ magis animæ, quam corpori convenire non dubium est, *ibid.* 253, *n.* 46. Certum est animæ naturam esse pretiosam, quæ ad similitudinem Dei facta receptionem omnis virtutis admittit, utpote quæ cognitionis supernæ non sit fraudata consortio, III, 133, *n.* 48.

Anima ibi vivit, ubi nihil mortale, nihil infirmum amicta sit, nihil debitum pœnæ, IV, 478, *n.* 24. Alitur animus cognitione rerum, V, 305, *n.* 148. Non aliud est quidquam quod vivere faciat rationabilem animam, quam alloquium Dei, IV, 126, *n.* 7. Quædam videntur ejus esse ætates, *ibid.* 120, *n.* 30. Quæ sint ejus primitiæ, I, 378, *n.* 1. Ea bona est animæ senectus, quam nulla perfidiæ

B

C

D

6

F

G

H

I

J

K

L

M

10

N

O

P

Q

R

S

T

U

V

X

Z

INDEX

VERBORUM, SENTENTIARUM, DOGMATUM DIFFICILIORUM, RITUUM VETERUM, ETC.,

QUÆ IN NOTIS EXPLICANTUR.

B

C

D

E

J

L

M

O

X

Z